

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Infernus k
cum fontibus proximo et primis

Iuxta modum culpe pena distinguitur,
et secundum modum criminis unusquisque dampnatus
in inferni igne cruciabitur.

Gregorius libro XX. moralium.

Gregorius in Gregoriano:

juxta modum culpe poena distinguitur,
et secundum modum criminis unusquisque damnatus
in Inferni igne cruciabitur.

Anonymus, *Super Apocalypsim expositio II*, 16
(P. Fiaccadori ed., *Thomae Aquinatis opera omnia*,
t. 23, Parma, 1869, p.669).

→ Quomodo namque in suppliciis ordo non erit,
dum damnatum quemque iuxta modum criminis
et retributio sequitur ultionis?

Hinc quippe scriptum est:

*Potentes potenter tormenta patientur,
et fortioribus fortior instat cruciatio.*

Hinc in Babylonis damnatione dicitur:

*Quantum exsultavit se et in deliciis fuit,
tantum date illi tormenta et luctum.*

← Si igitur juxta modum culpe poena distinguitur,
constat nimirum quod in suppliciis ordo seruatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9.65 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., p.526, ll.35-42).